



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 3. Belli auxilia a Principibus Italiæ promissa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. hæc Epistola Romæ die undecima Fe-
 A.C. 1485. bruarii.

§. III.

*Belli auxilia a Principibus Italiae
 promissa.*

Raynald. ad
 hunc ann.
 1485.

Haud segniori fervore ceteros quoque
 Italiæ Principes incitabat, nec in-
 prorsus conatu; quippe Hercules Dux Ne-
 rariensis octo millia aureorum, totidem
 que Senenses, Marchio autem Mantua-
 nus sex millia, Montisferratensis duo
 millia, nec pauciora Lucenses suppedita-
 re polliciti sunt: Florentini vero, quibus
 Papa triginta sex millium aureorum sub-
 sidia imponebat, sub variis prætextibus
 sese eximere nitebantur, maxime exhan-
 stam Genuensi bello Rempublicam excu-
 sati; hac tamen eorum excusatione
 minime probata, Innocentius eisdem
 oculos ponebat, non jam de exiguo, in-
 gnobilique oppido, sed de totius Italiae
 salute, ipsaque religione agi; eosdem
 nim casus, ni mature infideles propulsi-
 rentur, cum aliis Italis & ipsos quoque
 subituros, *Potens est*, inquit Pontifex
*Respublica vestra, hoc onus perserte pro
 gloria Dei, pro Christiano nomine, &
 pro conservatione rerum vestrarum, etiam
 alieno bello occupati sitis, quamquam nihil
 prater*

prætermittimus, quin dissensiones eæ e me- Sæcul. XV.
dio tollantur, quod celerius faciendum ju- A.C. 1485.
dicamus.

§. IV.

*Alia Pontificis consilia de bello
Turcico.*

Nec defuit Papæ promissis fidei con- Id. num. 5.
stantia; quippe ad pacem Florenti-
nos inter & Genuenses protinus conci-
liandam Mediolanensis Ducis operam
implorabat, eo fine, ut universæ Italiæ
vires ad communis hostis impetus retun-
dendos jungerentur: hæc tamen con-
cordia non nisi anno proximo restituta
est. Interea summus Pontifex Ferdinan-
dum & Isabellam Arragoniæ & Castel-
læ Reges admonuit, quatenus validam
classem in Siciliam mitterent, ut hoc Re-
gnum a Barbarorum incursionibus defen-
di posset; Toletanum quoque Cardina-
lem, qui in Hispania plurimum gratia &
auctoritate pollebat, ut Regem Catholi-
cum ad tam pium opus permoveret, Pa-
pa sollicitabat; cum autem tanto stu-
dio ceteros Principes ad tuenda sua pro-
vocaret, ipse maritimæ suis in ditio-
nibus oræ, quantum poterat, munien-
dæ non defuit, deditque mandata Joan-
ni Baptistæ Ursino Apostolicæ Sedis Le-
gato,